Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Quando quis advertit aquam se Calici non imposuisse parag. 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

Visual Library

ſpecies corrumpantur, & ſic in ſacrarium deponantur.

4. Notat hic Gavantus æra, quæ ſunt fulmine tacta venenata cenſeri. Quare cum accidiſſet anno Domini 1601. ut Calix à fulmine tangeretur poſt conſecrationem, fuit dictum à Doctoribus non debere ſumi, ſed modo prædicto ſervari.

§. IV.

Quando quis advertit Aquam ſe Calici non impoſuiſſe.

1 DOcet quarto, quando id advertit ante Calicis conſecrationem, debere eam ſtatim imponere. At quando recordatur poſt conſecrationem Sanguinis, quia indecens eſt aquam Calici conſecrato miſceri, nihil immotandum, ſed porro eſſe in Sacro pro-

a *Gavant in Rubr. Miſſ p. 3. t. 10. n. 7. Genuenſ in prax. Neap. c.*

progrediendum. De Græcis aquam calidam poſt conſecrationem miſcentibus vide Henriquez. a

§. IV.

Quando quis advertit ſe aquam vel acetum conſecraſſe.

1 DOcet ibidem ſive ante, ſive poſt conſecrationem id advertatur, debere Sacerdotem eas mittere in Piſcinam, ſeu ſacrarium, & imponere vinum, cum aqua, illudque conſecrare.

Et Divus Thomas quidem docet quando Sacerdos advertit poſt ejuſdem Calicis conſumptionem puram aquam (idem de aceto fuiſſe conſecratam, eum debere conſecrare etiam novam Hoſtiam una cum Calice, & eodem modo Sacrum perficere, ac ſi nullam antea materiam conſecraſſet, vel ſump-

a *Henriq. de Euchar. l. 8. c. 12. n. 4 litt. S.*